

**Conradi Oigenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus  
Imperialibus**

**Corradini, Pietro Marcellino**

**Friburgi Brisgoiae, 1707**

XII. Fridericus III. urget libertatem electionum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

di conciliare decretum, quo Expectativæ,  
& mandata de providendo vacatura,  
quin hujusmodi gratiarum nomina dele-  
rentur, uti videre est apud Melchiorem  
Goldastum to. I. Constit. Imperial. pag.  
392. cap. 3. & cap. 6. At quoniam  
Constantiense Concilium super iis nequic-  
quam providerat, vix Basileensi Synodo  
indicta, Albertus II. Imperator, Electo-  
res itidem omnes in comitiis Mogun-  
tiæ celebratis, teste eodem Goldasto to-  
mo eodem pag. 401. 403. cap. 4. 11. 12.  
& 34. hasce Preces ab Imperii Legatis  
porrigendas Concilii Patribus statuerunt,  
& jurejurando pacta in conventu stabili-  
ta servare promiserunt. Hæc enim le-  
guntur in capite 4. Ecclesia Pastore de-  
stituta, ii penes quos est eligendi potestas,  
die & loco definito conveniunto: Princi-  
pibus fas non esto pro quopiam commendan-  
do molestis Precibus, aut violenta commi-  
natione premere, aut cogere Electores, &  
cap. 11. Expectativis præterea gratis,  
unde plurima oriri mala constat, locum  
esse non finito, & cap. 12. Beneficia vivo  
eorum Rectore nemini reservato.

Defuncto Alberto Fridericus III. ad  
imperium assimus, anno MCCCCXL.  
de consensu Electorum omnium Imperii,  
totiusque inclitæ nationis Germaniæ Le-

XII.

Fridericus  
III. urget li-  
bertatem elec-  
tionum.

B

18 *De primariis Precibus Imperialibus*  
gatos suos ad idem Basileense Concilium  
missos jussit urgere pro libertate Electio-  
num , & pro suppressione omnium gra-  
tiarum expectativarum ; ac reservationum  
de Beneficiis vacaturis , rationibus etiam  
additis , ut palam fieret quot ex hujus-  
modi gratiis mala , & scandala orirentur ,  
uti videre est apud eundem Goldastum  
tomo 1. pag. 404. cap. 5. 6. & 7. , &  
to. 2. pag. 124. & 125. Patres Concilii  
Basileensis , quod postea in Conciliabu-  
lum degeneravit , translati jam Concilio  
ad Civitatem Ferrariæ ab Eugenio Papa  
IV. Expectativas , provisiones de vacatu-  
ris , & mandata de providendo vacatura  
in §. *Volens* damnarunt , irritasque etiam  
fecerunt similes gratias à Sede Apostoli-  
ca concessas : quod ab iis factum in gra-  
tiam Imperatoris , & Germanorum pa-  
tuit ex iam dictis.

XIII. Itaque si Germania universa ita odio  
Gratiæ, quæ habuit hujuscemodi gratias, adeoque  
vacatura com- fortiter pugnavit pro libertate Electio-  
prehende- num, Precesque Principum, atque vio-  
rent à Ger- lentas comminationes eorum, quibus  
manis repro- tolleretur exoptata libertas, detestata est  
batæ. solemni pacto juramento firmato ab Im-  
peratore, ab Electoribus, universisque  
Germaniæ sacris Ordinibus, & obtinuit  
à Concilio Basileensi has concessiones it-